



1768, 29.
No. 81.

S P E C I M E N
CONTINENS
CAPVT IVRIS CONTROVERSVM
DE
CVRATORE LITIS
IN CONCVRSV CREDITORVM
Q V O D
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE
P R A E S I D E
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESSOR. IVR. NAT. ET GENT. PVBLIC. ORDIN.
NEC NON SOCIETAT. LITER. DVISBVRG.
S O C I O
IN AUDITORIO PETRINO
DIE XXVII. AVG. ANNO CICICCLXVIII.
PVBLICE DEFENDET
AVCTOR ET RESPONDENS
IOANNES SIGISMVNDVS WITTICHIUS
VENVSBERG. MISNIC.

L I P S I A E
EX OFFICINA LANGENHEMIA.



SPICIMEN
CAPITULI CONTRARIOE RERUM
CARATORIE LITIS
IN CONCURRENIA CREDITORUM
INTER ALIIS ET TERRAM CHURCHIAE ANASTORIAE
D. CHRISTIANO HENR. BRUNNING
IN AUDITORIO PETRINO
DIE XXVII APRILIS MDCCLX
ACUTOR ET RESONANS
LOVINES SIGILLANDAS MITTICHIAS
LIPSIAE
EX OFFICINA FRANCINIENSIA





DE
CVRATORE LITIS
IN CONCVRSV CREDITORVM.

§. I.

Possem quidem temerarius videri, qui de curatore litis in concursu creditorum scripturus sum, et displicere, quod non vel in emendando vel corrigendo aliquo antiquo iuris fragmento, vel nouo aliquo inueniendo, parum curiosus an veri quid insit nec ne, laborauerim; sed haec a mea ratione, meisque viribus imo et ipso meo instituto plane alienissima. Putau, permisum esse tironi, qui suae diligentiae rationes redditurus est, quique ipse aliquid ad disceptandum propositurus est, aliquam sibi capere scribendi materiam, eamque digerere, partim, ut ingenium exerceat, partim ut disceptandi materiam proponat. Et quamuis in pragmatica Iurisprudentia haud ego sim, qui de curatore litis copiose et eleganter ad forum scribere valeam, tamen thesium loco quantum potero, quantumque vires permittunt, breuiter quaedam dicam, parum curiosus an iis sim satisfacturus, quibus nihil, nisi quod ipsi fecerint, placere potest.

§. II.

Nihil ad me curatorum diuersitas, de hoc qui in concursu creditorum liti datur, agamus. Est vero curator litis persona publica auctoritate constituta et confirmata ut loco debitoris ipsius massae concursus iura et utilitatem defendat et promoueat in ipso processu seu concursu coram iudicio moto. Dicitur interdum *Curator Concursus* ut eum vocat GRIEBNER in Princip. Proc. Iud. L. II. C. IX. §. 4. alius *Contradictor* vocatur a potiori parte sui officii, quod in

contradicendo creditoribus consistit. Facile ex hac definitione patet, hunc *Curatorem litis* non posse confundi cum *Curatore bonorum*. Hic enim *bonorum Curator* extra judicialia curat et bonorum ab ipso debitore cessorum rationem gerit. Cum enim si debitor obaeratus bonis cessit, ei amplius suorum bonorum cura atque administratio committenda non sit, necesse est, ut vel ipsi creditores communī consensu aliquem constituant, qui bona obaerata ex quibus expectant solutionem, administret, vel si inter se haud consentiant, ut ipse iudex aliquem eligat, quem administrationi bonorum praeficiat.

§. III.

Quis vero *Curator litis* constitui possit, facili negotio deciditur. Cum enim in iudicio agat et experiatur, patet neminem posse curatoris illius officio fungi, nisi qui ad postulandum habilis est, quique ius causas orandi in foro atque iudicio obtinuit. Hinc non tantum iurium peritus esse debet, sed in quibus prouinciis non cuiilibet patet aditus ad forum, licet iura calleat, imo in quibus publica autoritate constituuntur aduocati, vix quisquam alias curatoris litis officio fungi potest, nisi qui sit aduocatus, seu a principe ad praxin admissus. An vero ipse etiam bonorum curator possit hoc curatoris litis officio fungi dubitatur. Putauerim recte et eundem *Contradicorem* esse posse dummodo praeterea habilis sit seu iis requisitis instructus, ut hoc officio fungi queat. Quae testatur K N O R R in der Anleitung zum Gerichtlichen Proces. L. III. C. VII. §. 6. vt sumtibus parcatur, vtrumque officium et curatoris bonorum et litis ab una eademque persona administrari, quam quidem rationem non peruideo, neuter enim gratis agat et neutrum officium unus gratis expediet.

§. IV.

Constituitur vero hic *curator litis* ab ipso iudice et quidem eo, coram quo concursus creditorum seu ipsa lis pendet. Quare si et quaedam debitoris bona alibi sita sunt, quae dein ad massam concursus, vt vocant, sumuntur, lis vero coram eo iudice rerum sitarum non mota sit, nec huic iudici ius competere potest, litis contradictem eligere atque constituere, simulac vero electus est, qui litis curam gerat iuramento obstringitur de officio rite adimplendo, qua vi dentur

debetur facere verba ORDINAT. PROC. SAX. RECOGN. ad Tit.
 XLI. s. 4. Hat der bestellte Curator litis, so hierzu auf gleiche Maase
 wie der Debitor selbst zu verpflichten, zu antworten und des gesamm-
 ten Credit-Wesens Bestes zu beobachten; Iuramenti vero, quod pae-
 standum argumentum his continetur verbis: eydlichen angeloben,
 daß sie keinem vor dem andern etwas per gratificationem einräumen,
 noch auch richtige Forderungen, zum Aufenthalt der Sache in Zwei-
 fel ziehe, oder gar läugnen wollen. An vero Cautionem paeftet ipse
 Curator litis, quaerendum est. Cum iuramento obstringatur, quod
 cautionis loco est, neque administrationem aliquam bonorum gerat,
 sed in iudicio tantum officium paeftet, certum est, ab eodem cau-
 tionem aliquam exigi non posse.

S. 105 V.

Officium vero *Curatoris litis* varium est. Primum enim exami-
 nare debet Creditorum causas atque liquidationes, iisque primario
 contradicere, vel quae iis exceptiones opponendae sint, obiicere.
 Primaria ergo causa est, ut attendat, an, quod quiuis creditor exigit
 debitum, verum sit et iustum. Hinc, si vel probatione vel demonstra-
 tione aliqua veritatem atque certitudinem crediti sui creditor quis
 ostendat, qualis sit probatio vel demonstratio, an vitia probationi in-
 sint, an non concludat probatio, an documenta omnibus numeris
 absoluta sint, quibus ad probandum suum ius creditor vititur. Quare
 et si creditor ad suum ius confirmandum produxit documentum
 guarentigiatum, agnoscere debet, nisi falsi suspicionem sit obiecturus,
 imo, si quae alia contra illud documentum habeat, quibus eius pro-
 bandi vim imminuat, allegare. Sed hic dubitatio oritur: Si scilicet
 creditor suum fundet ius in documento guarentigiatu, curator litis
 contra opponat exceptionem illiquidam vtrum ad eius reprobatio-
 nem admittendus, an vero reconuentio propterea instituenda, ut
 alias solet in Processu executiu? Communiter arbitrantur, si alias in
 Processu executiu non admittantur illiquidarum exceptionum re-
 probatio, etiam curatorem litis in concursu creditorum non audi-
 endum esse exceptione illiquida, sed reconuentione instituta eam esse
 vrgendam, quam sententiam olim defendebant Icti Vitebergenses

❀ ❀ ❀

apud BERGERVM in Elect. Discept. Forens. p. 192. Sed in contraria sententiam abidere ICti Lipsienses. Imo, si dicendum quod res est, videtur causae Lipsiensum opinio magis consentanea esse. Sicut enim concursus creditorum recte dicitur iudicium vniuersale, cum in eo de vniuersis bonis obaerati debitoris lis agitur, sique omnes atque quicunque sint creditores, non tantum ii, qui guarentigia instrumentis ius suum probare possunt, sed et alii, qui talibus documentis instructi non sunt, quibus suum ius probare vel demonstrare saluum esse debet, quo dein omnia ex communi illa massa, ut vocant, inter creditores recte distribui possint, ita sane non est causa, cur in hoc iudicio non aequa audiendus sit contradicitor, maxime cum reliquorum creditorum intersit, ne quis ad communem causam admittatur, qui iusta exceptione possit repellere. Iusta autem et tunc erit exceptio, licet illiquida sit ab initio, modo ex post facto probatione liquida fieri possit. Quapropter hanc sententiam comprobauit ORDIN. P. S. R. Tit. XLI. §. cit. 4. verb. noch derselbe, oder auch der Schuldner mit seinen Gegen-Forderungen, wie bis anhero zum öftern geschehen, in die Reconvention verwiesen, sondern solche, wenn sie gleich nicht liquid, ebenfalls auf die jeho angeführte Maase zugleich erörtert, jedoch derselben halber, zu Vermeidung der Confusion, absonderliche Acta gehalten werden sollen.

§. VI.

An vero Contradictori litis possit iuramentum deferri in cursu, videndum. Si contradicitor ipsius debitoris communis sit procurator ab eodem constitutus, neque prohibitum sit Prouinciali Iure praestare iuramenta per procuratorem, videtur non abhorrere a fori tunc ratione, contradicitori iuramentum deferre, vt in principali sui debitoris animam iuret. At vero, si vel Prouincialia iura non admittant iuramenta per procuratorem, vti Saxonica vel contradicitor ab ipso iudice constitutus sit, nunquam fieri poterit, vt eidem iuramentum deferri possit, cum semper versetur in ignorantia facti alieni, de quo ipsi iurandum esset. Quare et ORD. PROC. SAX. ELECT. cit. loc. disponit: Dem Curatori litis aber den Eyd über Sachen, darvon ihm ohnedem keine Wissenschaft beywohnen kann,

zu

zu deseriren, hinführō denen Gläubigern schlechterdings nicht ge-
stattet werden.

§. VII.

Respondet itaque curator litis ad ipsas creditorum liquidationes, exceptiones obiicit, iisque replicantibus duplicando respondebit, quaeque ex sua parte reprobanda sunt exceptiones liquidas deficit, imo ipsis creditoribus, prout necesse est, iuramenta defert. Sed iam quaeritur, an etiam contententibus inter se creditoribus super prioritate respondere possit. Nunquam enim hoc ad partes curatoris litis referri poterit, quippe debitoris nihil interest, quis creditorum alteri in solutione praefreratur. Haec sunt potius creditorum inter se iura, quibus se curator litis immiscere nequit, quod expresse quoque prohibet, ORD. R. P. S. Tit. XLI. §. I. Curator litis auch aller Weitläufigkeit und sonderlich des Verfahrens super Prioritate sich zu enthalten.

§. VIII.

Cum vero officium, quod gerit cura tor litis, vergat simul in utilitatem creditorum mediate, omnino statuendum est, hunc ad gratis operas praefandas non teneri, imo potius laboris sui premia posse exigere. Sed quaeritur, a quo has laboris sportulas postulare possit? Cum in communem agat atque laboret concursus ipsis atque omnium simul creditorum utilitatem, recte statutum est, ut ex ipsis bonis seu massa concursus sportulas cura tor litis capiat. At quid? si vni alterie tantum creditori contradicat, ut propterea separatae expeditiones suscipienda, an et has sportulas ex concursus massa capiat contradicitor? quaestionem hanc decidit MANDAT: Elec. nouiss. de Banquoruptorib. §. 23. Noch weniger gehören dahin diejenigen Gerichts- und andere Unkosten, so bey entstandnen Particular-Rechtfertigungen derer Creditorum unter sich aufgehen, als wenn, zum Exempel ein Gläubiger zu Behauptung seiner nachher ungegründet befundenen Meynung litigiret, oder zum Credit-Wesen nicht gehörige Expeditiones veranlasset, immassen dergleichen Expensen hlos von demjenigen, der sie durch seine Contradi-

ction

etion causirt, zu erlegen, oder ihm bey der Perception von dem erhaltenen Quanto abzuziehen sind, jedoch mdgen, im Fall, der streitende Theil in Erstattung derer Expensen nicht verheilt worden, des Curatoris litis Unkosten, weiln selbiger des Credit-Wesens Iura defendiren müssen, ganz, die Gerichts-Gebühren aber zur Helfte von der Massa abgezogen werden.

§. IX.

Tantum adhuc videamus, quo modo officium curatoris litis finiatur. Finito concursu, ipsum contradictoris officium finiri, certissimum est; neque dubitatur, morte curatoris litis officium finiri, nec in heredes illius transire, cum personae aptitudo et industria in eo electa sit. Transactione facta inter creditores communes et debitorem, amplius contradictoris officium haud superesse, aequo certum est. An vero et reuocari possit hoc officium pendente lite, querendum? a debitore communi, qui sibi Procuratorem liti constituerat, id fieri posse, ex natura Mandati patet, vbi tamen ob verba ORD. REC. PROC. Tit. VII. §. 4. ohne gnugsame von dem Richter vor erheblich befundne Ursache zu wiederrufen, keinesweges frey, in expressa reuocatione iusta adesse deberet reuocandi causa. Quodsi vero liti curator datus a iudice, hicce curator non aliter reuocari poterit, quam si ex iusta causa prius cognita fiat e. c. Si parum accurate officio satisfaciat, vel contra iurata fidem agat. Concludimus inde, nec suo se abdicare posse officio litis curatorem, nisi simul iustum abdicationis allegare probare que possit causam, maxime si a iudice constitutus sit, quod rationem in eo habet, quia a conuentione confirmata unilaterali dissensu recendi non possit.

T A N T V M.

ULB Halle
005 880 491

3



ND18





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-801338-p0014-0

DFG

1768, 29.

No: 87

S P E C I M E N

C O N T I N E N S

C A P V T I V R I S C O N T R O V E R S V M

D E

C V R A T O R E L I T I S
I N C O N C V R S V C R E D I T O R V M

Q V O D

I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S A V C T O R I T A T E

P R A E S I D E

D. C H R I S T I A N O H E N R. B R E V N I N G

P R O F E S S O R. I V R. N A T. E T G E N T. P V B L I C. O R D I N.

N E C N O N S O C I E T A T. L I T E R. D V I S B V R G.

S O C I O

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

D I E X X V I I. A V G. A N N O C I C I D C C L X V I I I.

P V B L I C E D E F E N D E T

A V C T O R E T R E S P O N D E N S

I O A N N E S S I G I S M V N D V S W I T T I C H I V S

V E N V S B E R G. M I S N I C.

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A.

FarbKarte #13

Centimetres

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

